

# **Mythologia, Venise, 1567 - VI, 12 : De Dodone**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 12 : De Dodone](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI**

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 13 : De l'Oracle de Dodone](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 12 : De l'Oracle de Dodone](#) est une transformation de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## **Citer cette page**

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 12 : De Dodone, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/884>

## **Présentation du document**

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

## Du monde

Toponymes[Dodone \(sanctuaire\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

## Mythologiae

collocarunt, sed etiam eius pelle ad sempiternam eius rei memoriam Iu-  
piter gestare solebat, vnde Aegiochus fuit appellatus. Quod autem illam  
Iupiter ob acceptum beneficium inter sydera retulerit, testatur Aratus in  
iis carminibus, quæ ita sunt translata à Germanico Casare; illa putatur.

Nutrix esse Iouis, si vere Iupiter infans  
Vbera Crete mulier fidissima capre,  
sydere quæ claro gratum testatur aluminum.

In his Betulei; vni alioquin doctissimi, non placet emendatio. Hanc Iouis  
nutricem alii Nympham Amaltheam nomine dixerunt: alii mulierem pu-

tarunt fuisse Arcadicam, quæ capra cognomine vocaretur, quæ cum gemel-  
los peperisset, illos alendos aliis mulieribus dedit, vt nutritret Iouem; quare  
eius filii vice capre vocati sunt Hædi. Hi cum lac maternum Ioui con-  
cessissent, & ipsi inter sydera collocati in dextra Aurige tenentur, quos Au-  
rige sydera vocavit Aratus, quorum exortu grauiissimæ plerunque sunt  
tempestates, vt patet ex his carminibus;

Si placet Aurigam, atque Autrigæ sydera & ortus  
Observare tibi; fama est quod Capra, quod Hædi  
Illius, immixtæ fulcantes cœrulea ponti.

Non ulli rurum est Hædis insurgentibus & quor.

Mos erat Phliabis, vt eximie capram cœlestis sydus colarent, cuius etiam si-  
gnum æreum in foro magna parte auratum collocarunt, vt testatur Paul. in  
Corinthiacis; quod idecirco siebat, quia plurimum Capre ortus obesse viti-  
bus putaretur. vt autem illam placarent, diuinos honores illi instituerunt.  
nam ex oriente Capra vel syderationem patiuntur aliquæ vites, vel pro-  
fus arescent. Illud vero fit Sole in Leonis signo existente; tunc enim ma-  
xime infestantur vites ob humoris inopiam, quod etiam magis sit, pro na-  
turali locorum. Cur inter sydera capre signum relatum fuerit, iam explicâ-  
vimus superius, quod Iupiter neque ingratus, neque acceptorum immemor  
vel aduersus capram quidem videri voluerit. Dicta fuit hæc capra Olenia,  
quoniam in vlnas Autrigæ vel Oleni filiæ excepta fuerit. consummatione  
fuit Delphinus inter sydera collocatus, quia persuaserit Amphitrite veni-  
beret Neptuno; vel, vt alii maluerunt, quia Arion Methymnus ab illo fue-  
rit seruatus. Enimvero quod hæc non capra, sed mulier fuit, vel ex eo pa-  
ter, quod Amalthea Nyctei Regis vxor fuerit, è quo Nyctimenen peperit,  
vt tellatus est Apollodorus Cyzicenus. at de Capra satis, nunc de Dodo-  
neæ sylua dicendum,

De Dodone.

Cap. XII.

**F**uit celeberrimum omnium oraculorum Dodonum, tum ob celebrita-  
tem & conuenientis eò multitudinis frequentiam, tum etiam ob glan-  
dium copiam, quæ in illa sylua nascebantur. nam vt testatur Virgil. lib. 1.  
Georg. primus fuit viacus mortalium glandes; ve patet in his;

cum iam glandes atq; arbuta sacre

Deficient

Deficerent sylue: & victimum Dodona negaret.

Et nos in nostris Venationibus ita lusimus;

Cum fore herba thorus primis mortalibus; antra

Frigida & arboribus intexta, palatia, potum

Proludentis aquæ riuus prælucidus vnde

Præberet: victimusq; Ioui sacrata Molosso

Quercus, sanguineoq; rubentes cortice bacce.

Strabo lib. 7. geogr. Dodonum oraculum à Pelasgiis constructum fuisse scribit, quare & Homerius lib. 9. Iliad. Iouem Dodonum Pelasgicum appellavit. Scriptum reliquit Plut. in Pyrrho Deucalionem ac Pyrrham post diluvium venisse in Epitum ad oraculum Dodonum, quod fuit in Thesprotiorum Molossorum regione. Erat ibi sylva maxima, et deuissimis quercubus ac fagis refertissima, vbi eximia glandium copia nasciebatur, quare poetæ Dodonam pro gladium copia usurparunt. Dicta fuit Dodone, à Nympha Oceania, vel, ut maluit Hecateus, à Dodone Iouis et Europæ filia. Fama est hoc in loco Pelasgum primum omnium mortalium homines docuisse glandibus vesci: atque inter has illas esse utiliores, quæ de sola fago legerentur, cum antea radicibus & herbis inutilibus, vel etiam letiferis, aliquando vescerentur. His turgis ad arcendas pluias, & propulsandas temporum mutacionum iniunias excoxitauit, & tunicas e fustulis coriis contexere docuit; cuiusmodi per quoddam tempus in Eubea & in Phocide homines vni sunt obscuriores, ut scripsit Andron Teius in sua nauigatione. Inde vero accidit, cū quercus & fagi multæ essent in sylva Dodone, ut Lucianus in Amoribus e fago reddi oraculum ita dixerit; *τότε τάχαν, οὐτε εἰ διδύμη φοῖς, οὐ τοῦ σπιδόνων πρώτη οὐδὲ τελείωσις. Ipsa sanè, sicut fagus illa, quæ in Dodone, ex ramis sacram emitens vocem. Cum tamen Homerius in lib. 5. Odys. id oraculum e quercu procedere ita inquit;*

*τότε τάχαν φοῖς οὐδὲ τελείωσις, οὐτε δύοις  
τοῦτο οὐδὲ τελείωσις. Τούτη η τελείωσις.*

Dodonamq; ferunt illum mox esse profectum,  
Confilio Iouis e quercu caparet ut alta.

Memorix prodidit Paul. in Achæis apud Acanthes & Aetolos, & Epirum, & earum regionum finitimos populos valde inclita fama fuisse oraculū, quod e quercu columba reddebat responsa. Nam cum duæ essent columbae, diuersorum populorum legationes vel aliquo morbo, vel sterilitate agitorū, vel aliqua publica calamitate laborantium ad capienda responsa, quæ remedia forent earum calamitatum, eò confluebant, audiebantque illarum columbam vocem. Atqui variis temporibus variis modis responsa dabantur: nam primum loquebantur ipsis quercus, deinde duæ mulieres sacerdotes responsa dare coperunt, quarum una Peristera, altera Triron vocabatur; atque cum Peristera columbam significet apud Græcos, hinc locus datus est fabule, quia duæ columbae responda reddebent. Alii duas columbas re ipsa locutas fuisse arbitrantur, quod etiam fortasse accidit, cum potestas esset tenetarum; ac mali demones & hexæ, & his multo magis admirabilia agerent; ut deprelia tenerent populorum ingenia, ne ad diuiniora tollerentur. Nā nemo feret eorum qui viaeunt, quin harum rerum miraculis, cum loquerentur statu & volutus, & anguria vētura prædicerent, & animalia multa significarent, in eam religionem antiquorum fuisse irretitus. Quare hoc est

cit

## Mythologizæ

est cur magis græs Dño Deo nostro habeamus, quod per unicum eius filium Christum vniuersa fallaciam oraculorum multitudo profigata est, omnesq; mali demones cu suis tēplis ita sunt eueri, ut nulla illorū iādiu apparet vestigia: conculcata sunt altaria, excisi luci, combusiti libri, quibus sacerdōtiis continebantur, oblinio datus est victimarum delectus, explosi sacerdotes & lenones earum fallaciarum. Neque vilus prope est, quin verum, sanctum, ac syncerum Dei cultum posuit cognoscere, nisi quis pro religione simulata flagitorum licentiam sibi dari cupiat. Nam si de vero ac legitimo Dei cultu solum sit inter homines contiouersia, ac nō potius de propriis singulorum commodis, vel int̄ia triduum res indicari posset, fieretq; statim unus pastor, & unum ouile: neque quod ridiculum est, & misericordia planè dignum, tot bella pro religionibus oriententur. Est enim verus Dei cultus in ratione, & pietate, & integritate; non in armatis, aut in equorum cataractarū pectoribus, aut in bellicis tormentis collocandus: neque qui plus pōt in bello, ille magis est religiosus, aut magis vir bonus. Quis enim animo per enses aut nitētes galeas persuaderit, qui, cum diuinus sit, nullam vim omnino patitur? Nullum est tormentum bellicum neque fortius neq; maioris impetus ad animum impellendum, quam sit ratio; qua sola viētus animus vel viētricem sequitur rationem, vel ita pudore deterretur, ut oculos attollere aduersus viētricem sine pudore minime possit. Verum hac alterius sunt negotii, nos iam ad institutum opus redēamus. Ac de Niobe dicatur.

De Niobe.

Cap. XIII.

Niobe, quam Tantali & Euryanassæ, vel, ut alii putarunt, Taygetes vnius ex Pleiadibus filiam fuisse narrat, multorum filiorum fuit mater; que cum gloriaretur supra modum tum ob illorum multitudinem, tum etiā ob formæ præstantiam, rusa est se Diis immortalibus comparare, vel etiam anteponere. Sic enim gloriatur apud Ovi, lib. 6. Metam.

30                   Quis furor auditos, inquit, preponere visis

Cœlestes? aut cur colitut Latona per aras?

Numen adhuc sine thure meum est: mihi Tantalus autor,

Cui licuit soli superorum attingere mensas.

Pleiadum genitrix soror est mea: maximus Atlas

Est auus, ætherium qui fert ceruncibus axem.

In quamcunq; domus aduersi lumina partem,

Immensæ spectantur opes. accedit eodem

Digna Dea facies. hue natas adiice septem,

Et totidem iuuenes, & mox generosq; nurusq;

Quirrite nunc habeat quam nostra superbia causam.

Quoq; modo audetis genitam Titanida Cęo

Latonam preferre mihi.

Athéniensis tamen A pallodorus Nioben scribit libro primo Bibliothecæ fuisse Phoronei Regis peloponnesi & Laodices filiam, cum Tantalem alii dicerent fuisse eius patrem. Hanc nupissime Amphioni Thebano dieunt, ut est in libro 3. Bibliothecæ. Verum cum duos fuerint Niobę, ut arbitror, de Tantali filia solum sermo est. De numero sistorum, quos illa Amphioni peperit, non conueniunt inter se scriptores. Herodotus duos tantum mares, ac tres feminas